



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Practica Cancellariae Apostolicae Cvm Stilo Et Formis In Romana Cvria Vsitatis**

**Paulus, Hieronymus**

**Venetiis, 1572**

Obseruatio sententiae, quae transiuit in rem iudic.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10350**



**Q**uo circa &c. vocatis dicto tali, & aliis q̄ fuerint euo-  
cādi, si vobis de re iudicata huiusmodi legitimè cō-  
stitit, sententiā prēdictā sicut ritè probata est  
faciatis, auctoritate nostra firmiter obseruari. vide q̄ habentur  
in c. ea quæ. de re iud. Et hæc forma quo ad vocationē  
& citationem, consonat opinio gl. l. ii C. de inoffi. test. &  
Cin. in l. ab executore. C. quorum appe. non recip. de quo  
per Inno in c. ex ratione. de appel. & c. cum super. de re iudic.  
& Bar. in l. diuo pio. §. in venditione, ff. de re iud. In cau-  
sis autem matrimonialibus, quanuis quo ad aliquos effe-  
ctus trāseant in rem iudicatam, vt in c. dilectę. & sua nobis.  
de appell. per doct. tamen Cancellaria non solet dare exe-  
cutionem, siue obseruationem sub p̄dicta forma, sed q̄n pe-  
titur, dat simpliciter clausulam, vocatis &c. In sententia au-  
tem super separatione thori, bene datur obseruatio, licet  
Ioan. Andr. & quidam alii doctor. videantur aliud sentire  
in c. ex literis. de diuort. & c. lator. de sent. & re iudic.

*Si non obstante lapsu temporis committatur Iudicibus  
ut ad ulteriora procedant.*

**Q**uo circa &c. Mandan quatenus si quod de impedi-  
mēto huiusmodi proponitur, veritate fulcitur, lap-  
su dicti teporis non obstante &c. vltimus in causa  
ipsa, iuxta literarum prēdictarum continentiam & teno-  
rem. procedatis & vide Spec tit. de remis. & no. in c. si eum.  
de præb. lib. vi. & in c. exhibita. de iudic. per Ioan. Andr.

His formis Cancellaria vtitur hodie in rescriptis iustitię.  
& in appellatiouibus, quanuis clausula, vocatis &c. sit cō-  
munis & frequentissima in simplicibus conquestibus, que  
relis, & quibusdam aliis rescriptis. Reliquæ autem formæ re-  
scriptorum simplicium, in quibus ponuntur clausulę specia-  
les in conclusionibus eorum, & in quibus non fit mentio  
de appellatione, p̄rit colligi ex quinterno Cancellarię, su-  
per quibus hodie non est aliquid immutatum, videlicet, in  
materia arbitrorum, iniectionis manuū, vsurarum, matri-  
moniorum,